

19

Favente Divino Nume.
DISSERTATIO GRADUALIS,
DE
**SECTIS
JUDEÆORUM;**

QVAM,

Consentiente Amplissimo Ordine Philos. Acad.
Aboëns.

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL,

Eloquent. PROFESS. Reg. & Ordin. Facult. Philos.
h. t. Decan.

Publico examini desert

ALUMNUS REGIUS

GUSTAVUS BÅNG/

BOREA - FENNO,

Die D. V. XXI. Junii A:o MDCCXLVIII.
Loco & horis consuetis.

ABOË, Excid. JOH. KÄMPE, Reg. Acad. Typ.

Plurimum Reverendo atque Praclarissime
VIRO


DN. ANDREÆ
ALGEEN,

Pastori in Bohemia meritissimo, NUTRITIO & PA-
TRONO quovis honore colendo.

EX quo, laribus patriis relicitis, domus Tua,
Vir Praclarissime, mihi patebat, fixam ibi
hucusque habui sedem. Per tot annos, quibus
opera mea qualisqualis Tuis non defuit, pluri-
ma benivolentia Tua in me documenta extiterunt,
quidem nuper cumulatissima. Hac quum
ipse mecum reputo, si opellam hanc Tibi, Patro-
ne Optime, non consecrarem, ingratus forem
in beneficia Tua injuriis. Accipe ergo et
boni consule has pagellas, non munus, sed signum
gratitudinis et debita reverentia. Vota pro Tua
Iuorumque perenni salute et felicitate fundere
non intermittam.

NOMINIS TUI Plurimum REVERENDI &
PRAECLARISSIMI

obseruantissimus cultor
GUSTAVUS VÄNGB.



§. I.

UT sectorum, omnibus post natum Christum seculis orbis fuit feracissimus; ita nec sterile illarum erat ævum, quo Oriens ex alto affulxit. Erroneæ opiniones, pietati & virtuti noxiæ, jam tum quoque invaluerant. Gentes revelato lumine destituta, non in objecto minus quam modo cultus Divini errabant; licet ob hanc opinionum ac cæmoniarum diversitatem se invicem non persequerentur (*). Sapientiores gentilium, qui lumen connatum erroribus & superstitionibus plebis conspurcare nolebant, in diversas quoque abivere sectas, tam de rebus divinis, quam hujus vitæ felicitate multum discrepantes (**). Populus, ex quo salus orbi terrarum illuminit, quamvis lumine clariori uteretur, tenebris tamen errorum circumfulsus fuit adeo, ut Doctorem cælestem, medelam morbis adiutorum, non tales exoptaret, nec quum adesset, reciparet, qualem miserrima ipsius & universi generis humani conditio requirebat. Non plebem solum varii infecerant errores, quibus religionis convellebantur fundamenta (**); sed etiani supra vulgus sibi sapere visi, qui imperitam ple-

A

bem

bem viam salutis docerent, vera ejus cognitione carebant (***) , quum de rebus gravissimi momenti inter se dissiderent; in qua errorum discordia a mutuis tam eni injuris & hi abstinebant (*). Ex lectis Judæorum (**) tres cœlebritatem consecutæ sunt: Phariseorum, Sadduceorum & Essæorum.

(*) Quamvis Gentiles consentirent de existentia Dei, & magnam Deorum familiam esse crederent; quibus rebus tamen divinitas inesse, opinionibus inter se differebant. Hinc gentes orientates numina eadem cum populis occidentalibus & septentrionalibus non colebant; unde tot habebat religiones gentilium, quos partes erant orbis, imo, quot illarum provinciae. De hoc gentium diffensu sic loquitur Joannes Adamus Osiander: Qvantam in existentia Dei consentiat Græcus cum Barbaro, mediterraneus cum insulano, sapiens cum stulto, nullus tamen in Gentilismo consensus. Conspirarunt alii in Deum unum, & inferiores, solem, lunam; alii, neglecto supremo Numinе, adhaeserunt creaturis; alii in elementa prolapsi sunt, alii in defunctos homines, alii in vanitatum, affectuum & morborum nomina, alii in ipsum cacodæmonem. Vid. ejus Exercit. VII. de Gentilismo.

Idem sic confirmat Athanasius in Orat. contra Graecos Tom. I. Opp. p. 25. Non enim apud omnes iidem existimantur Dii, sed quot sunt gentes, totidem Deorum genera configuntur. Est quoque, ubi eadem regio, atque adeo eadem civitas inter se dissideat in superstitione idolorum. Phœnices certè Aegyptios Deos non agnoscunt; neque Aegyptii eadem cum Phœnicibus simulacra adorant. Nec Scythæ Perlarum, nec Persæ Syrorum Numinia recipiunt. Modus cotendi quoque
va.

variabat pro natura Deorum & populorum. Una gens alterius populi deos aliis suis immolabat. Alii bruta, alii etiam homines offerebant. Religiones Orientalium erant Civiles, ad civitatis salutem & tranquillitatis publicae conservationem accommodatae; Septentrionalium militares, ad fortitudinem, ferociam vitaevque despicientiam gignendam & alendam comparatae. Mosbem. Hist. Chr. Ant. S. I. P. I. §. XIX. Cultuum idololatricorum diversitatem testatur quoque Athanasius l. c. Indi contra Arabes, Arabes contra Aethiopes, & Aethiopes vicissim contra illos in ratione cæmoniarum dissentient.

Haec tamen Deorum & religionum discrepantia odium mutuum populorum alterius in alterum non conflavat, nt Numina sua eorumque cultum vi & armis aliis obruderent. Specabant enim Orbem terrarum non secus ac rempublicam quandom, in varias partitam provincias, quarum singulae ex Deorum familia suos haberent rectores; unde alter alterius Deos noluit infestare, nec religionis causa se odio mutuo persecuti sunt, nisi forte Ægyptii, quos bella inter se sacra gessisse, ex Athanasii Orat. contra Gentes Tom. I. Opp. p. 25. constat. Qum enim colerent inter cetera Numina quoque bestias, nec tamen omnes easdem, fieri potuit, ut alter populus alterius Deos trucidaret. Apud alias adoratus Crocodilus, apud alias abominationi habebatur. Leo alicubi ut numen culius, à collimatis non solum non colebatur, sed deprehensus, ut bellua neci dabatur. Idem pisces alibi in Numinen dedicatus est, alibi hamo captus. Hinc illis bella, seditiones, ac nulla non cædium causa. Cædem igitur Deorum suorum non posuerunt non aegre ferre & ultisci. Neque tamen votebant alios ad sua numina colenda

- cogere, sed tantum ut illis parcerent, vi extorquendum esse iussum putabant. Vid. Mosbem. Inst. M. I. S. P. I. C. I. §. 8.
- (**) Sectae Gentilium Philosophiae, quae florebat quum Deus ex virgine nascetur, praecipuae fuere: Platonica, Peripatetica, Epicurea, Stoica & Academica; Epicureorum tamen maxima erat vis, ut ex Cicerone constat, De Fin. Bon. & Mal. L. I. Cap. VII, L. II. c. XIV. De sectarum harum decretis ad religionem & mores pertinenteribus sigillatim agit Joannes Clericus in Proleg. Hist. Eccl. D. P. S. Sect. II. III. IV. V. VI.
- (***) Universus populi, exspectabat fortē Heroēm, qui, vi armis jugo Romanorum excusso, in libertatem rempublicam vindicaret. Job. VI, 15. Ad. I. 6. Idem Omnem religionem ritibus & externis officiis erga cives absolvi sibi persuadebat. Ex inimicitiis aeternis cum Hammonitis & Moabitis, lege praescriptis Deut. XXIII, 6. & quod a Deo ius fuis erat seorsim agere a gentibus aliis, hostile adversus eos concepit odium; quare non sine ratione Graeci & Romani humani generis odium Judaicae Gentis exprobabant. Tac. Hist. L. V. c. 5. Ut alias ejus ineptias & superstitiones opiniones, Babylonici exilii fructus & vicinarum gentium infausta manera practerem.
- (****) Doctores gentis Judaicae confert Salvator cum hominibus eacis, qui alios in viam ducere vellent, quam ipsi ignorabant. Matib. XV, 14. Vocat eos ὁ θεὸς τῷ Φλαρέ & υπῆρξ. Matib. XXIII, 16. 17. 19. 24. 26.
- (*) Haec animorum moderatio inde manavit, quod, quum a Sadduceorum partibus starent proceres & ditiones, Pharisaei vero ceterae multitudinis uterentur favore teste Ios. Ant. Jud. L. XIII. c. XVIII. altera secta, ne sibi suūz somonānoceret, alteram sine metu infestare non posuit. For-

ee timor à potentia Praefidum Romanorum, qui turbarum principes poenis cobibuisserent, hanc animorum modestiam & temperaniam, saltem ne in actus externos turbidos erumperent, illis quoque imperavit.

(*) Minores quoque sectas inter Judaeos fuisse, negari negavit. Fit in sacris litteris mentio Herodianorum Mat. XXII, 16. Josephus meminuit Judae eujusdam Galilaei Ant. Jud. L. XVIII. C. I. II. qui populos ad defectionem solicitaverat. Scribas & Legisperitos, qui nominantur saepe in Libris Nov. Test. Caritas fuisse quidam contendunt. Vid. Moshem. Insit. Majores. Seculi I. P. I. C. II. §. XVII. Quamvis atii singulariter sectam eos non constituisse credant. Vid. Humphred. Prideau's Hist. Jud. Tom. II. L. V. pag. 421.

§. II.

CAUSSAS & dogmata sectarum in religione Judaica consideraturis, è re est nobis in antecessum perspectum habere, paucisqve attingere, qualis fuerit status eruditionis in Judæa. Ut doctrina humana sepe inter Christianos Divinas veritates adulteravit; qvod experientia maximè deploranda satis superqve docet; ita Philosophiam Orientalem, sensu arctiori sic appellatam, qvæ à Gracorum disciplinis multum distabat, (**) Iudaos infecisse, hostes nominis Christiani & heretici ex Judæa & Samaria oriundi, qui primo statim à nato Salvatore seculo rem sacram conturbarunt, (***) nos dubitate non sinunt. Qvod enim hi ex singularis scientiæ, qvæ Gnostica adpellatur, fontibus arva sua irrigarint, errores eorum probant. Kabbala, arcana illa scientia, qvæ cum Orientali doctrina affinitatem habet, vel ipsa eadem est, verum ad dogmata Judæorum accommodata, hæc inter eos vigebat, iam Filio Dei

Dei in terris peregrinante [***]. Ex Philosophia quoque Græcanica, multa dogmata ad Judæos transiisse constat. Hinc non defunt, qvibus sectas Judæas secundum doctrina & mores cum Græcanicis, Phariseos nimirum cum Stoicis, Sadducæos cum Epicureis & Essæos cum Pythagoræis conferre placuerit. (****)

(*) Indolem Philosophiae Orientalis, ejusque & Græcanicae differentiam exponit Mosheimus in Inst. Hist. Eccl. Maj. Sec. I. P. II. C. I. §§. VI. VII. VIII. IX. item Cap. V. §. V.

(**) Tales fuere Simon Magus Aet. VIII, 9. Dositheus, Menander & Cerinthus, de qvibus vid. Moshem. Inst. Maj. Cap. V. §§. XI. XII. XIV. XV. XVI.

(***) Revolutionem animae ex corpore in corpus, qvae Kabalam redoler, à Phariseis tempore Christi viventibus creditam esse infra monstrabimus. Comparisonem inter Kabalistas & Valentinianos, qui Gnosticae Philosophiae additi erant, instituit J. F. Buddeus in Dissert. de Haeresi Valentiana §. XV.

(****) Vid. J. Fr. Buddei Introd. ad Hist. Philos. Ebr. §. XIX. lit. Q. §. XX. lit. A. §. XXI. lit. T. Dissertatio Historico-Philol. de Essæis Pythagorizantibus ventilata est Upsaliæ anno MDCCXLVI.

§. III.

Pharisi, Hebræis פְּרִישָׁה dicti, nomen habent à radice שָׁר separavit, segregavit: qvæ notio vocis semel habetur in Bibliis, idqve in Conjugatione passiva Niphal. Ezech. 34: 12. נְפִשּׁוֹת. (*) Hinc nominantur Φαρισαῖοι, quasi ἀφεγοσθέντες, separati seu separatistæ; (**) qvod se à cultu & habitu aliorum se jungerent, ut singulari legis studio, & vitâ ad ejus normam exactissimâ, ad sanctimoniam vulgari eminen-

nentiores & magis conspicuum contulerent. Originem eorum ab ætate, qva Hasmonæi rem Judaicam moderandam suscepérunt, repetendam esse quidam existimant; qvo tempore vocabantur חסידָי הַמְּלֵאָה hhasidim, hoc est: pii, misericordes, in Macchabæorum libris dicti Ασιδαῖοι I. Libr. II, 42. II. Lib. XIV, 6; qvo nomine chloeto, vocati sunt Φαρισαῖοι. (***) Tempore Jonathæ Pontificis, hanc lectam cum ceteris jam extitisse, testis est Fl. Josephus. (****) Natales ejus ad ipsa restauratæ post captivitatem Babyloniam Reipublicæ Judaicæ initia refert Buddeus (*). In eandem sententiam it quoque Humphredus Prideaux, sic inqvirens in primordia Phariseorum: Was die alten und guten Gebräuche der Jüdischen Kirche blanger, so waren sie von Jesua und Zerubbabel nebst den übernemhsten Altesten ihrer zeit, und die ihnen kurz hernach folgten, von ihrer ersten Rückkunft zu Jerusalem an zu sammen getragen worden, wie man sie hatte aus dem andenden der Alten ihres Volks, welche sie entweder selbst vor der gesängnis hatten sehn in übung bringen, oder sonst von ihren Eltern oder andern, die vor ihnen gelebt hatten davon informiret wären, bekommen können. Alle diese, und was sie sonst von dergleichen art zu seyn ausgaben, durchgieng Ezra mit allen fleiß, und nachdem er die, welche er nach gehöriger untersuchung gebilligt, welches verdienten, und sie durch seine Approbation und ansehen bestätigt hatte, entstund dahero das, was die Juden nun das Oral- oder mündliche Gesetz nennen. denn sie machen ein doppelt Gesetzes, nemlich erstlich ein geschrieben Gesetzes, welches in der Heil. Schrift vorgebragen wird, und das andere das mündliche Gesetzes, welches

ches sie nur durch die Tradition ihrer Veltisten haben.
(**), & alibi sic pergit: Der Haupt Character dieser
Geschte (Pharisäer) waren die Säzungen der veltisten

Wie diese traditiones bey der zeit Ezra entstanden, habe ich bereits gewiesen. Diese Geschte Leute (deren ihr werck war sie fortzupflanzen und in obseruantz zu bringen) entstund fast zugleich mit ihnen, und wuchsen beyde mit einander fort, bis sie endlich so reiff und stark worden, das das Traditional Gesets das geschriebene Gesets verschlung. (***) Huic sententiae calculum nostrum adjicimus. Sadducæis Sadocum discipulum Antigoni Sochæi, successoris Simeonis Justi non endidisse, inter eruditos nullum estdubium. Is verba magistri sui, qvibus Deo serviendum esse sine intuitu mercedis inculcabat, in seqviorem sensum detersit, ut optimum virtutis incitamentum, præmia & supplicia post mortem tolleret, indeqve occasionem novæ hæreseos condenda adripuerit. At hanc plenisqve licet probatam opinionem, utpote ex Talmude haustam, non omne punctum ferre arbitratur Prideau'x, trovetqve dubia contra eam non contemnenda. (****) Eodem ferè tempore, qvo Pharisaica enata est, lucem quoqve adspexisse censemus hanc familiam. Unam sectam citò alteram excitare, locuples nobis testis est Historia. Cum Pharisiæ in pretio traditionibus statuendo modum excederent, & ex illis, neglectis qvas scripta tradunt, rationes pro animi immortalitate & corporis ad vitam reditu maxime peterent; alii fallaciam traditionum perspicientes, sicut ingenium humanum imbecillum juxta ac pravum raro ab extremitatibus sibi cavit, in contrariam partem deflexere, ut dogmata etiam in sacro

sacro codice proposita, quæ securitati & improbae vi-
ta maxime obicem ponunt, prorsus negare religioni
non ducerent (*).

(*) Johan. Avenarii Lex. Ebr.

(**) Aug. Pfeifferi Dub. Vex. in Matth. III, 7.

(***) Johan. Cler. Hist. Eccl. D. P. S. p. 5.

(****) Ant. Jud. L. XIII. c. IX.

(*) Introd. ad Hist. Phil. Ebraeorum §. XIX.

(**) Prideaux. Hist. Jud. Tom. I. L. V. p. 403.

(***) Id. T. II. L. 5. p. 420.

(****) Rationes, quæ historiam hanc incertam esse nec fidem
mereri evincent, sequentes adserunt: Ich gestehe, daß die Tal-
mudischen Historien nicht viel credit bey mir haben. Als
Joannes Hyrcanus die Sechte der Pharisäer verließ, und
zu den Sadduceern übergieng, wird nicht gesage, daß er
sonst irgend eine veränderung gemacht habe bey solchen
übergehen, als daß er der Pharisäer Traditional Sa-
chungen annullire und verworffen habe, (vid. Jos. Ant. Jud.
L. XIII. c. 18.) daraus probabile scheinet, daß die Saddu-
ceerbazumal in den articule ihrer Sechte weiter nicht
gegangen, als daß sie diese Sachungen verworffen. Und
weil Hyrcanus außer dem auch das lob eines gerechten
und frommen Fürsten hat, solches auch aus allen seinen
Schatten erhellt, ist es fast nicht glaublich, daß er eine
so gottlose lehre, wie die leugnung der auferstehung
und eines zukünftiges Lebens ist, sollte angenommen ha-
ben, sonderlich da er demselben immer näher kam sc.
Hist. Jud. Tom. II. L. V. p. 412. Hinc sequitur, anno Jo-
annis Hircani Hasmonaei Principis tempora si tam Sadau-
ceorum nonaum resurrectionem & aliam post hanc vitam
negasse, & sic narrationem de origine Sectae à Sadoco re-

petenda sibi non constare. Antigonus enim Sochaeus, a quo
dicuisse fertur Sadocus, erat successor Simonis Justi, qui
ante principes Hasmoneos circa tempora Alexandri Magni
trecentis annis ante nativitatem Christi vixit.

(*) vid. Joan. Cler. Hist. Eccl. D. P. S. Proleg. Sect. I. Cap.
III. §. II. Budd. Hist. Eccl. Vet. Test. Tom. II. Per. II. Sect.
VII. §. XVIII. pag. 1206.

§. IV.

DE duabus, quas nominavimus, sectis, Joqvuntur
Novi fœderis libri, in primis qui res gestas Salvatoris & Legatorum ejus explicant, & disertè eas ~~describunt~~
appellant. Act. V, 17. XV, 5. At quæ has excipit Es-
sorum vel Essenorum familia, sacris literis est igno-
ta. Qvum enim ruri plerumque viverent, & solivagi,
rerum suarum tantum satagentes, nec civilibus nec
sacris rei Judaicæ functionibus interessent; occasionem
Scriptoribus Divinis mentionem sui faciendi non præ-
buerunt. Sunt tamen qui in epistolis Pauli ad illo-
rum instituta & mores alludi putent. 1 Tim. IV, 3. V,
23. (*) M. Chemnitius, Paulum in Ep. ad Col. II.
philosophiam etiam illorum perstringere, probare
studet, (**) At ex instituto memoriam eorum
Philo, qui vitas illustrium Hebraeorum exposuit, &
Josephus Antiquitatum Judaicarum Scriptor ab interi-
tu vindicarunt. De ratione adpellationis, & ortu se-
ctæ hujus nihil certo constat. Qui Essæos appellatos
esse volunt vel à voce Hebraica Ἐσσῶν filuit, qvievit,
vel Ἐσσῶν, recepit se ex uno loco in alium, vel ali-
unde, nihil adferunt quod certos reddat nos de Ety-
mologia nominis. (***) Conjecturæ de origine eorum
plerumque in eo consentiunt, quod ex afflictione
quam

quam Judæi patiebantur, semina sectæ sint repetenda:
 at de tempore & occasione secessus inter le dissident
 eruditis deducentibus aliis natales ejus ab Antiocho E-
 piphiæ Judæos vexante, quo tempore probabile est,
 plurimos hostium crudelitati se subtraxisse, & vitæ ge-
 nus ab aliorum commercio remotum colere cœpisse;
 (****) aliis ab Hircani defectione ad Sadducaeos, qua
 occasione quidam Pharisæi in exilium pulsi aliam con-
 stituerint sectam. (*) At tempore Jonathæ jam flo-
 ruisse Essæos, supra ex Josepho ostendimus. § 3. Mos-
 hemius ad ætatem, quum Assyrii & Babylonii Palæ-
 stinam depopulabantur & Judæos lecum in servitutem
 abducebant, primordia Essæorum referenda esse non
 sine ratione suspicatur. Rebus nimis patriæ affictis,
 haud pauci fugâ saluti consulturi, in loca deserta Sy-
 ria & Ægypti se receperunt. Ubi cum ritus à Mose
 rogatos servare non possent, facile sibi persuadebant,
 sufficere, si quis mentem castam Deo offerat. Soli-
 tudo, ut fit, nec non superstitiones Ægyptiacæ, qui-
 bus procedente tempore imbuti sunt, novam planè &
 vitæ & doctrinæ formam effecerunt, (**) Essæos o-
 mnes Græcorum sapientes ætate antecedere Josephus
 fere contendere videtur, dum ita de illis loquitur:
Miranda est eorum justitia, qua omnes Graecos & Barbaros
longe superant, multis jam secuis triti in ejus continua studiis. (***) *Hinc & quibusdam videtur, (****)* quod
 apud Homerum est de Insulis fortunatis, in quas he-
 rorum animi post mortem migrarent, Josephum velle
 ab Esseis esse desumptum. (*) Si hæc sententia fuerit
 ejus, pro lubitu eam finxit, sine certa ratione, &
 hoc ipso à superbia Judaica se proprius remotum esse

testatus est, quā suos nihil debere ethnicis volebant. Multo minus fidem merentur (**), qui à Kenæis, Jud. I, 16. & Rechabitis, Jer. XXXV, 5. originem eorum derivant, cum diversa utrorumque sint instituta. Risum ferè movet Plinius, qui postquam eos sine ultra femina & propagatione speciei vivere observaverat, subiicit: *Per seculorum millia (incredibile dictu!) gens aeterna est, in quā nemo nascitur (**).*

(*) Joan. Fr. Budd, *Introd. ad H̄ist. Pbil. Ebræorum* §. XXI. lit. X.

(**) *M. Chemn. Exam. Concil. Trid. Part. IV. p. 777.*

(***) *Vid. Joan. Cler. H̄ist. Eccl. d. p. s. prot. scđ. I. Cap. IV. Budd. H̄ist. Eccl. Vet. Test. T. II. Per. II. Scđ. VII. S. XVIII. p. 1212.*

(****) *Budd. ibidem p. 1216.*

(*) *bujus opinionis auctior est Joan. Drusius L. de Hesidaeis. p. 24.*

(**) *Moshem. Inst. H̄ist. Chriſt. M. Sec. I. P. I. Cap. II. § XIV.*

(***) *Ant. Jud. L. XVIII. c. II.*

(****) *Cler. H̄ist. Eccl. & Budd. l. c.*

(*) *L. II. de Bello Judaico. Cap. VII. p. 514. 20.*

(**) *Lightfoot Hor. Hebr. Cent. Chorogr. Math. praemissa. c. VI.*

(***) *H̄ist. Nat. L. V. c. XVII.*

§. V.

Tribesii Iudaici dogmata & instituta breviter jam perillustrabimus. Quædam omnibus erant communia. Deum Hebræorum, qui Jacobi posteros sibi peculiarem populam selegit & foedus cum eo fecit, contendunt omnes censebant, eumque unum, aeternum, invisibilē, omnipresentem, sapientem, bonum, omnipotentem, omniscium, conditorem universi, ejusque conservatorem & Gubernatorem (*) credebant. Mo-

sis scripta & ceteros antiqui federis libros (**) re-
ceperunt. Mosen legatum Dei sanctas leges tulisse, con-
sentiebant inter se, quibus qui obedirent, hos prae-
miss, violatores vero supplicia mansura. Hæc eos
negasse aut in dubium vocasse, ex Scriptoribus Sa-
cris & profanis colligi nequit. Imo in his necesse ha-
bebant consentire, sine quibus religio Judaica stare non
poterat. In multis tamen dissentiebant, singulisque
sectis peculiaria fuere dogmata, & quæ ex his ema-
nabant, instituta. PHARISEI, non contenti solis libris
sacris, ex quibus omnis cognitio salutis petenda erat,
impudicis Isrælis fontibus squalidas traditionum huma-
narum cisternas adjungebant, imo his illis antefere-
bant. Hoc ipsis exprobrat Salvator: Διὰ τὸν μετεί-
παρεῖν τὴν ἴρωλὴν τῷ Θεῷ, διὰ τὸν παραδοσὸν ὑμῶν;
seq. Matth. XV, 3 & seq. Etiam hoc ex Josepho di-
scimus, qui de Pharisæis sic loquitur: Nec desitit Jo-
nathas furenti (Hyrcano) calcar addere in tantum, ut
desertis Phariseis ad Sadduceos desiceret, & abrogatis illo-
rum constitutionibus eorum observatores paucis efficeret. --
Multas constitutionum à majoribus per manus acceptas, Pha-
risei tradiderunt populo, quæ non sunt scriptæ inter Leges
Mosaicas: & ideo Sadducei hīs autoritatem abrogant, di-
sentes oportere eas tantum servari, quæ scripto continentur.
(***) Fatum eos credidisse vult Josephus, providen-
tiā tamen Dei & liberum arbitrium non negasse.
Pharisei quædam, at non omnia fato tribuunt, quædam
vero in sua potestate esse ajunt, ut vel siant vel non siant. Fato
quæcumque geruntur tribuunt, nec tamen homini volunta-
tis assensum admununt, hoc temperamento Deum uti aientes,
ut cum omnia siant ex ipsius consilio, in homine tamen sit
voluntas.

voluntas accedendi ad virtutem aut vitium (****). Dubitari potest, an Josephus sententiam Pharisaeorum voce οὐ μαρτύνειν, fatum, recte expresserit, cui nulla vox in Hebraicis Veteris Testamenti libris respondet; nihil etiam ipsi solennius fuit quam Judiorum dogmata & instituta ad Graecorum accommodare placita. (*) Animos humanos post mortem perennare, Angelos existere, & corpora tandem resurrectura esse credebant, quod colligitur ex Act. XXIII, 8. Σαδδουκαῖοι δὲ γάρ θέγονται μὴ εἶναι ἀνάστων, ὡς δὲ ἄγγελος, μητὶ πίεναι. Φαρισαῖοι δὲ οὐδολογῶσι τὰ ἀνθρώπα. Immortalitatem animorum eos credidisse etiam Josephus adserit, at aliam non, nisi Pythagoricam resurrectionem sive ιεπυφύχωσι memorat: Animam omnem quidem incorruptam esse, ait ex sententia Pharisaeorum, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum vero interminabili supplicio cruciari. (**) Animas credunt esse immortales, & sub terris carum judicia fieri: tum praemia quoque contingere ex virtutis aut malitia merito: & has perpetuis damnari carcerebus, illas facilem esse ad vitam reditum. (***) Negant quidam dogmatibus Pharisaeis annumerandam esse ιεπυφύχωσι, & hac loquendi ratione a Josepho innui animorum immortalitatem contendunt, ita ut hoc corpore relicto in aliud gloriosum, non substantia, sed qualitate diversum transeant. Haec interpretatio admittri posset, nisi certo constaret ex scriptura sacra, ιεπυσωματώσι in gente Iudaica tempore Christi creditam esse. Joh. IX, 2. (****) quam ex nimio in Philosophiam gentilem amore, partem Pharisaeorum adoptasse credibile est. (*) Ad errores eorum praticos & mores quod attinet, miseria profunditatem, peccati gravitatem, satisfactionis &

& regenerationis necessitatem, justiciæ imputatae veritatem non agnoscebant. Matth. V. 17, 18, 19, 20. &c. Joan. III, 4. Actiones eorum sanctitatem præ se ferebant, comparatam ad auram popularem captandam. Unde tantam paraverant auctoritatem, teste Josepho (**) ut etiam si Regi obloqverentur aut Pontifici, si dem tamen eis vulgus haberet. Phylacteria sua dilatabant, Matth. XXIII. 5. ut legis obtemperantes viderentur, quæ extat Exod. XIII, 9. 16. (***) Fimbrias amplificabant ex præcepto legis. Num. XV, 39. (****) ut alios hypocriticos eorum mores præteream, quos quilibet, in literis sacris vel tantillum versatus, novit. Larvam eis detrahit vitiaque eorum detegit sanctissimus Salvator, dum hypocrisin illorum acerrimis perstringit verbis Matth. XXIII, tot. cap. SADDUCEI traditiones repudabant, ut ex Josepho constat, cuius jam protulimus verba, quibus hæc addit: *Hinc magna inter utrosque [Phariseos & Sadducæos] exorta est controversia.* Idem literæ sacrae confirmant. Act. XXIII, 6. & seqq. Ad doctrinam de fato quod attinet, hæc de iis prædicat Josephus: *Sadducei, secundus ordo, fatum omnino negant: Et Deum extra omnem malitiam rationem infallitionemque considerant.* (*) Non tamen hæc verba ita erunt accipienda, quasi providentiam & omniscientiam Dei negaverint; nam *τὸ ιδοπάν* non tantum cognoscere, sed & procurare, significat. Liberum arbitrium homini adierebant, ut idem ibidem docet: *Ajunt autem, inquit, electioni hominum vel bonum vel malum esse propositum: Et secundum voluntatem propriam, alterutrum unicuique contingere.* Quid de anima senserint, sic exponit: *Sadduceorum opinio cum corpore extinguit simus & animas: Animarum autem*

tem generaliter vel supplicia negant vel honores. (**) Hinc quum sibi objici posse viderent e Veteri Test., angelos esse, etiam hoc sibi negandum esse putaverunt. Act. XXIII, 8. Resurrectionem mortuorum ab iis non creditam nusquam exprobrat Josephus, quam ne ipse quidem satis credidisse videtur, observante Clerico. Quum animis exitium indixerint, & redditum corporum ad vitam negaverint, qualis vita ipsorum fuerit, nemo non facile percipere potest. Mores eorum ex praesenti rerum statu pendebant. Igitur Phariseos longe iis praefert Josephus: Pbarisaei quidem sociales, & qui studeant se mutua dilectione complelli. Sadducaeai vero & inter se feris moribus discrepantes, & conversatio eorum circa exterios inhumana.

(***)

(*) Non convenit inter eruditos, an Sadducaeui credidissent Providentiam Divinam. Negat praeter Alios Aug. Pfeifferus Dub. Vex. ad locum Matth. 3; 7. Affirmat Buddens Hist. Eccles. V. T. T. II. Per. II. S. C. VII. § XVIII. p. 1207. Clericus Hist. Eccles. p. d. f. Selt. I. Cap. I. Humphr. Priseaux, Hist. Jud. T. II. L. V.

(**) Sadducaeos praeter libros Mosis ceteros recepisse inficiat inter alios quoque Prideau'x, l. c; affirmant Clericus & Buddens l. c. Mosheimius in Inst. Hist. Chr. M. Sec. I. P. I. C. II. §. IX. Aug. Pfeifferus l. c.

(***) Ant. Jud. L. XIII. C. XVIII. XXIII.

(****) Ant. Jud. L. XIII. C. IX. L. XVIII. C. II. De Bello J. L. II. C. VII.

[*] vid. Cler. Hist. Eccles. d. p. f. proteg. Selt. I. C. II. Budd. Hist. Eccles V. Test. T. II. Per. II. feß. VII; §. XVIII. p. 1203.

[**] De Bell. Jud. L. II. C. VII.

[***] And. Jud. L. XVIII. C. II.

[****]

- [****] Vid. Calovii Bibl. illustrata ad hunc locum;
- [*] Pharisaeos μετεπέψυχων credidisse, pro incerto habet Bud-deus, Hst. Eccl. 4. c. p. 1003 1204. Introd. ad Hist. Pbil. Hebr. §. XIX. Ann. c. Affirmat. Aug. Pfeifferus in Dub. Vix. ad loc. Matth. 3. 7. Prioresq; Hist. Jud. I. II. L. V.
- [**] Ant. Jud. L. XIII. C. XVIII. L. XVIII. C. II.
- [***] Legis, Exod. XIII, 9. 16. de Totaphot sive Phylacteriis, verus sensus videatur in Pfeifferi Dub. vexatis ad hunc locum.
- [****] Vid. idem de usu Zizit seu fimbriarum in Gente Iudaica ad Loc. Num. XV, 38.
- [*] De Bell. Jud. L. II. C. VII. Ant. Jud. L. XIII. C. IX.
- [**] Ant. Jud. L. XVIII. C. II. De Bell. I. L. II. C. VII.
- [***] L. II. De Bell. I. C. VII.

§. VI.

ESÆI dividi solent in Practicos & Theoreticos, qui Therapeutæ appellantur. De illis egerunt Philo & Josephus; de his solus Philo, singulari libello, qui inscribitur: *De vita contemplativa*. Qvum de Therapeutis non conveniat inter eruditos, (*) an ex familia Essæorum fuerint, de actuosis tantum quædam ex Josepho proferimus, quæ ad religionem & mores pertinent: *Omnia, inquit, in fati potestate esse affirmant, nec quicquam hominibus praeter fati decreta accidere.* (**) Unde nonnulli contendunt, inter tres Iudaorum sectas hocce intercessisse discrimen, quod PHARISÆI quædam fato, quædam arbitrii libertati adscripserint; ESSEI cuncta fato, nihil libero arbitrio; SADDUCEÆI nihil fato, omnia libero arbitrio. (***) At incertum est, quid Josephus nomine θεραπούς intelligat, providentiam an fatum, cum in alio loco de iisdem sic scribat: *Essenorum placitum universitatè regimen circa exceptionem Deo*

afferit. (****) Opinio apud illos firmata erat, corru-
pribus quidem esse corpora, materiamque eorum non es-
se perpetuam, animas autem immortales semper manere, &
de aetere subtilissimo commeantes, quasi carcerebus implicari,
venit quas illucbra naturalis attraxerit. Quidam vero fuerint
& carnibus relevitae vinculis, quasi de servitate longissima
libertas, ita sicut taetare eas, subiungesque ferri. Et quidem
bonas, concinentes in hoc Gracorum sententias, pronunciant
ultra oceanum degere, ubi eis sit reposita perfructio: illie
quippe esse regionem, quae neque imbris, neque nivibus,
neque aestibus aggravetur: sed quam oceano oriens Zephyrus,
& leniter aspirans amonet. Malis autem animabus procellosa
loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarum sine
fine pœnarum. (*) De cultu & pietate eorum hæc adfert:
Ad templum donaria mittentes, sacra ibi non faciunt, quod
sanctoribus utantur ceremonias, qua propter exclusi à commis-
si fana seorsim sacrificant. (**) Preces, antequam cibum
surerent, & post finem quoque prandii vota funde-
bant. (***) Addunt nonnulli, quod solem adoravrint,
nitentes verbis Josephi: Preciosus circa Deum religiosi sunt.
Namque a se solis ortum nihil profani loquuntur, sed ei pa-
tria quaedam vota celebrant, quasi ue oriatur precantes.
(****) Hoc tamen alii ita capiunt, ut versus octum
solis precati furint. Duritie vita longe superabant
Phariseos. Voluptates quasi maleficia vitabant. Nuptiis
abstinebant, non quia humani generis successionem
censerent perimendam: sed quia cavendam putarent in-
temperantiam fecundinum, nullam eorum uni viro si-
dem servare credentes. Non tamen deerant, qui ab
his opinione de conjugio distabant: quippe si in ean-
dem omnes sententiam ire vellent, defecatum con-
festim

estim genus humanum arbitrabantur. Legem sibi dixerunt, ut qui disciplinam suam sectari vellent, bona contubernio publicarent. Bona, quæ opificio & agricultura acquisiverant, in communem usum sodalitatis confabant. Vestes habuere pares, easque candidas. Sabbathum observabant adeo, ut non tantum cibum sibi antecedente die pararent, sed ut ne vas quidem ullum eo die loco moverent, aut alvum purgare sustinerent. Jusjurandum quasi perjurio deterius vitabant. Ratio, quæ naturæ satisfaciebant, non carebat superstitione: Fodientes foveam uno pede altam, ~~oracidi~~ h. e. dolabella, quam nuper ad sectam suam accendentibus una cum perizomate tradere solebant, & circumtegentes amiculo, ne splendori divino (vocat Josephus sollem *άργας της Θεού*) injuriam facerent, in ea excrenabant, terrâ, quam effoderant, deinceps reductâ. Hæc & alia ejusmodi, quæ Josephus de moribus ipsorum tradit, L. II. De B. Jud. C. VII. fanaticos eas fuisse horines evincunt.

(*) De origine & genere Therapeutarum, in tria sententiarum divortiis abeunt eruditii. EUSEBIUS Christianos Monichos eos fuisse contenait. His Eccl. L. II. c. 17 sed nutrum in his vestigiis Christianae religionis animadvertisit JOSEPHUS SCALIGER L. VI. De Emend. Temp. Alii prolem Judaicam eos esse dicunt, ac disciplinam sibi fixisse à Moses doctrina alienam, tametsi nonnullis moribus Iudeis temperaram. JOSEPHUS LANGIUS è Judaeorum & Christianorum numero eximenter esse & in agmen Philosophorum Barbarorum detrudendos censet. HENRICUS WALLENTINUS esse eos fuisse negat, cui pollicem premit MOSHEMILLIS, sicut etiam tamen Judaicam esse non dubitans. Vid. Inst. Mois. His.

Hist. Chr. M. Sac. I P. I. C. II. § XIII.

(**) Jos. Ant. J. L. XIII. G. IX.

(***) vid. Budd. Hist. Eccl. V. Test. T. II. Per. II. S:G. VII,
§ XVIII. p. 1212.

(****) Ant. Jud. L. XVIII. C. II.

(*) De Bell. Jud. L. II. C. VII.

(**) Ant. Jud. L. XVIII. C. II.

(***) De Bell. Jud. L. II. C. VII.

(****) ibid. Vid. Budd. Hist. Eccl. I. c. p. 1813. Cleric. Hist.
Eccl. a. p. s. prot. Scđt. I. C. IV.

